



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

ram discussimus sup. tit: ii. Juramentum scilicet non esse verè & propriè probationem, quod magis ab onere probandi levamen sit. *L. cum qui in princ: ff. de jurejur.* Altera ratio rei, de qua agitur magis propria est. Actore enim non probante (aiunt) reus absolvi debet. *cap. inter dilectos. in fin: de fid: instr:* contra ergo probante actore reus condemnandus est: reus autem ex juramento non condemnatur, *cap. ult. de ijs quæ vi metusvè. cau. si.* igitur juramentum probatio non est. Deniq; si juramentum verè & propriè dicatur esse probatio, sequitur jurantem, quasi testem esse in propria causa *arg: cap. in omni. de testibus cap. per tuas de probat.* id autem est absurdum. *L. Nullum ff. de testib. L. in omnibus. C. eod: can: nullus 4. q. 3. ergò.*

2. Verum non habet hæc sententia fundamentum, quod non facilè subvertatur, nam ad illud Ulp. *cit. L. sed et si possessori.* Dico Pauli intentionem aliam non esse, quàm quòd velit, eundem esse juratoriae cautionis effectum, ac cæterarum probationum, unde (inquit) *perinde haberi quod juratum est, atq; si probatum esset.*

L. 2

hoc

hoc est, perinde debere restitui quæ possi-  
 dentur ac si alio quopiam modo proba-  
 tum esset, quocircà nihil aliud deduci-  
 tur, quàm jurisjurandi, reliquarumque  
 probationum æqualem esse virtutem. Et  
 quoad *text. cit. §. dato.* nemo non videt  
 dictionem quasi resolvi in causalem. *Data*  
*inquit, jurejurando non aliud quæretur quàm*  
*an juratum sit omiſſâ quæſtione, an debeat*  
*quasi satis probatum sit jurejurando: hoc est,*  
*quia satis probatum sit jurejurando. addo hu-*  
*ius dictionis eam esse potestatem subinde*  
*ut veritatem præ se ferat: sic enim legitur*  
*in Evangelii: Iohan: 1. quasi unigeniti à Patre.*  
*in cap. Parochianos junct: Gl: quasi debitum de*  
*decim. Ad argumentum ineptius ex L. Luc-*  
*ius deductum responderi potest ex iis, quæ*  
*adfert. Manc: cap. 9 ad rubr. de prob. nempe*  
*rejectas in eo casu à testatore præsumpti-*  
*vas fuisse probationes quale juramentum*  
*est. Alciat: tract: de præsumpt: in pralud. p. 1.*  
*n. 4. Ad rationem desumptam ex L. cum*  
*qui, responsio patet ex dictis tit: 11. Ad*  
*teram, quod ex probatione reus condem-*  
*netur, non autem ex juramento: Dic-*  
*aliud non inferri, quàm quod juramen-*  
*tum*

tum non sit plena & perfecta probatio: At non sequitur, juramentum non sufficit ad condemnationem, ergo verè & propriè probatio non est, nam unius etiam testis depositio ad eandem non sufficit, quæ tamen verè & propriè probatio est: aliud ergo est probationem esse plenam, aliud propriam, nam plenitudine quantitas, proprietate verò qualitas importatur; non igitur valet argumentum, *est imperfecta aut minus plena probatio, ergo minus propria*, nam & speciem equi imperfectiorem esse quàm hominis, sed non minus propriam, notum est. Ad postremum deniq; patet efficax non esse, cum eodem modo jurans testis sit, etiamsi diceremus aut fateremur jusjurandum impropiè probationem esse. ADDO nihil fortè absurditatis habere, esse quandoq; aliquem in propria causa testem, id enim & jurifurandi religio patitur. *arg: L. 1. ff. de jurejur.* & tum Legis tum Judicis authoritas, nec non partis deferentis consensus: sibi enim imputare debet, qui juramentum detulit. *argum: L. si quis in conscribendo. C. de pactis.*